



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère <1543-1623>**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 6. De iis quæ passim inueniuntur coniuncta cum contractibus,  
præsertim ciuilibus,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

## CAPUT VI.

De iis que ~~passim~~ inueniuntur coniuncta cum contrictibus per se in ciuibus.

## S V M M A R I V M.

- 68 Quid si promissio, pollicitatio, stipulatio, & pactum, ac in quo differant.
- 69 Differentia inter pacti, & promissionis obligationem.
- 70 Quae sit vis promissionis, & illius diuisio in nudam & vestitam.
- 71 Pacti diuisiones variae.
- 72 De aqua diuiditur in nudum & vestitum.
- 73 De ea qua in utile & inutile; & ea, qua in honestum & turpe.
- 74 Promissio tantu' in interna facta homini, non est obligatoria, sicut est facta Deo.
- 75 Simplex promissio etiam externo signo expressa, non obligat, anquam acceptata sit ab eo cui sit.
- 76 Observaciones pro praxi de promissione acceptata.
- 77 Quislibet qui promissionem acceptare possint pro alio ad obligacionem sufficier.
- 78 Promissio onus & aida acceptatur tantum ab eo cui sit.
- 79 Quis exigitur, vt posit quis pro alio valde acceptare.
- 80 Differencia inter mandatum donandi, & promissionem donandi.
- 81 Promissio facta ab Dei honore, obligat non acceptata ab eo cui sit.
- 82 Quod promissio signo externo expressa, & sufficienter acceptata obliget sub peccato, genero suo mortali.
- 83 Ad validitatem promissionis requiritur, vt cum plena de liberatione facta sit.
- 84 Quanta quauitatis debet esse quod promissum est, vt violatio promissionis consecetur peccatum morale.
- 85 De excusatione ab impletione promissionis, ob mutationem circumstantiarum.
- 86 Circa eandem excusationem observanda.
- 87 Observatio notanda circa excusationem ob mutatum rerum statum.
- 88 De excusatione per ignorantiam, alias uie iusti. c. usam.
- 89 Promissio facta absque animo promittendi, quando obligat.
- 90 Explicatio difficultatis de promissione facta animo quidem promittendi, non tamen se obligandi.
- 91 Promissio habentis expressam voluntatem non obligandi se, non obligat.
- 92 Ad quid teneatur is qui aliquid promisit pro alio, ipso iusto.
- 93 Ad quid teneatur ille qui est incertus an promiserit, aut qui licet sciit se promisisse, incertus est an id secerit animo se obligandi.
- 94 Et ad quid, si incertus sit, an promiserit cum plena delibera tione.
- 95 De obligatione cum facta fuerit dubius, nec utriusque simili sa tisferi potest, quem cuicunque pref. renda.
- 96 Promissio simplex non inducit obligationem ad restitutio nem.
- 97 Quid sentendum sit de ea que facta est cum adiectione aliquius oneris.
- 98 Quid sit sentendum de promissione facta cum adiectione oneris turpis.
- 99 Dicitur de promissione quomodo quadam in pactum & con tractionem.

**P**assim cum contractu ciuili promissio, pollicitatio, pactum, & stipulatio inueniuntur coniungi, quæ sic inter se distinguantur, vt promissio proprie sit; cum quis præcedente rogatione, seu petitione, vel interpellatione alterius, spondet se aliquid daturum vel facturum: vt si rogem te, vt mihi mutuo de centum, & spondes te daturum. Pollicitatio vero sit, cum quis sponte sua, non rogatus vel interpellatus ab alio, promitterit aliquid alteri: hocque est quod significatur in lege, Pactum, ff. De pollicitationibus; cum pollicitatio dicatur esse offerentis solius promissum; nulla scilicet præcedente petitione, vel interpellatione alterius. Vnde pater, neque promissionem, neque pollicitationem

esse inter duos, quorum unus sit debitor, & alter sit creditor, sed tantum esse sponsionem unius, quæ se obligat alteri, cum ipsis confusu.

Pactum autem sit id, quod duo vel plures ex diuersis motibus, post varias disceptationes de uno aliquo conueniunt, & concludunt ut fiat, vel ut non fiat, ita ut verba præstantur à promittente, & confessim sequantur verba in admittente, vt v.g. dabo tibi centum, vt mihi vendas equum; & tu statim respondeas, mihi placet: hocque sensu accipendum est quod in lege i. ff. de pactis, habetur, pactum à patitione dici, & pactum est de daturum vel trium consensu in idem placitum: si enim id simpliciter, ut verbis sonant, accipiatur, pactum cenfendum erit, cum duo Philosophi, Medici vel Iurisperiti, in aliqua suæ artis vel scientiæ questione unum idemque sentiant, quod aliquid est à communio loquendi vsu. Stipulatio denique sit, vt haberetur ex lege Stipulationum 2. §. Stipulatio, ff. De verborum obligationibus; verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, responderet se daturum, aut facturum illud, quod interrogatus est, v.g. interrogando: Promittis te mihi daturum centum: tu statim respondes, promitto: stipulatio est.

Atque ex his intelligitur, quoad obligationem, parem esse promissionis, & pollicitationis rationem: cum in hoc tantum differant, quod illam faciamus rogati: & hanc nostram sponte, nullo rogante. Itemque parem esse pacti & stipulationis: quandoquidem in hoc tantum distinguuntur, quod pactum fiat quando præcedunt verba promittentis, & subsequuntur verba admittentis: stipulatio vero quando contra, verba admittentis præcedunt, & subsequuntur verba promittentis, eo modo quo ante proposta exempla ostendunt. Vnde quia consideratio hæc eo tota refertur, vt intellegatur obligatio in conscientia, quam talia parvunt: sufficiet de promissione & pacto, horum obligationem inquirendo, differere. De quibus habentur tituli: in iure quidem ciuili: ff. De pactis, & ff. De pollicitationibus, & Cod. Depactis. In iure vero Canonico, tam Extra, quam in Sexto, titulus Depactis. De iisdem variis Doctores agunt, & inter eos latissime Couenant Cap. Quamvis pactum: & qui nobis in ea re causa erorum loco esse potest, Ludouicus Molina de iust. & iure tract. 2. d. fput. 252. & alii quot sequentibus.

**P**ORRO inter promissionem & pactum quoad obligationem, hoc discrimen notatur; quod ex promissione iam acceptata ab alio, obligatio nascatur tantum ex parte promittentis: quoniam ex fit gratis, nec ei cui sit quidquam impunitur. Ex pacto verbo nascatur obligatio ex parte utriusque pacientis: quia fit, tam promittente, quam admittente, se ad aliquid daturum, vel faciendum, vel præstandum adstringente. Id quod commune quidem est pacto cum contractu proprio sumpto, sed ab eo differt tanquam latius patens: quia pacta interueniunt tam in iis quæ contrahenda, quam quæ tollenda obligacionis causa inter partes aguntur. Sic enim datur pactum de non petendo debito: itemque de non petendo damno per iniuriam illato. Præterea in transactionibus, pacta sunt finienda litis dubia causa; atque pacta pacis, & induciarum ad bellum cessationem. Aduerte autem, vt contractui, sic & promissioni conditioni, modum, demonstrationem, & causam solere apponi. Adderem & tempus futurum: sed de hoc si id incertum, iudicandum est tanquam de conditione: nempe, suspendere obligacionem. Si sit certum, tanquam de promissione absoluta, ex qua statim consurgat obligatio; tametsi non statim solvatur sicut promissum: sed tempore in promissione praefixo: ita ut si ante diem praefixum soluat, non detur soluenti repetitio, sicut datur, si in diem incertum, aut aliter sub conditione in futurum pendente, promissum esset, nec conditio esset implata. Videndum est Molina de iust. & iure tract. 2. disput. 284. & aliquot sequentibus.

## Documenta de obligatione promissionis &amp; pacti.

**C**Vm, vt iam attigimus, nobis incumbat potissimum explicatio obligationis, quæ ex promissione vel pacto nascitur: immorabitur in tradendis de ea aliquot documentis. Quibus præmittendum est de promissione: vim

69.

70.

illius ex D. Thomas 2. 2. q. 88. art. 1. esse in eo, ut quemadmodum imperando statuit quid velit sibi ab inferiori fieri: & deprecando, quid a superiori obtinere cupiat; sic promittendo statuat quid facturus sit in alterius gratiam: sed libertate sua privando circa illud, iusque alteri concedendo ad illud a se cogendum. Præterea ipsam posse esse, vel simplicem, id est, sine iuramento: vel iuratum id est, iuramento confirmatum. Illamque rursus esse posse, vel realias debitas, ut cum quis mutuo acceptam pecuniam se soluturum promittat; vel rei non debitis. De qua demum promissione, quia duarum reliquarum obligatio patet ex iuramento, aut ex debito precedente, sermo est hoc loco. Quia quidem fieri potest duplicitas, ex Caiet. ad memoratum art. 1. vno modo in actu signato simul, & exercito: ut quando quis profert verba quæ significant promissionem ipsam: qualia sunt, promitto, spondeo, & aequipollentia. Altero modo in actu tantum exercito: ut quando quis profert verba, quæ significant opus exhibendum: vt, haec faciam, soluam, liberabo te ex carcere, & similia.

71.

Quæquidem videtur author addit, possunt tria significare. Primo voluntatem seu propositum intentionem faciendi: ut idem sit, faciam; ac voluntatem habeo faciendi, seu propono vel intendo facere. Secundo. euentum; ut sensus sit, contingit hoc à me fieri. Tertio, obligationem sequentem ex promissione implicita, que continetur in talibus verbis futuri temporis. Qui demum sensus, solus est ad hunc locum accommodatus: quia in aliis huiusmodi verba non continent promissionem, sed tantum dictum seu enunciationem, quia quis indicat illud quod habet in voluntate, vel euentum futurum. Quod autem illo tertio sensu accipientur, non potest aliunde intelligi quam ex mente illius, à quo proferuntur: id est deus consilendus, si possit, aut ex circumstantiis prudenter coniiciendum.

71.

D E P A C T O A V T E M p r æ m i t t e n d u m e s t , p o s s e f i e r i t a m i n t e r a b s e n t e s , q u a m i n t e r p r æ s e n t e s ; i p s u m q u e m u l t i p l i c i t e r diuidi. Primo enim diuiditur in conuentum seu expsum, & in tacitum: quorum illud est, cum partes inter se expressè paciscuntur: hoc vero, quod ratione alicuius legis interuenit, quantum cunque partes non paciscantur inter se: ut cum tutor eligitur, pupilli quorum curam accipit, habent ex iuris constitutione tacitem hypothecam in illius bonis: sic etiam vxor in bonis mariti, propter res dotales.

S E C U N D O diuiditur, quod aliud sit in rem; & aliud in personam. In rem autem esse dicitur ( ut sabetur ex lege Iuris gentium. §. 8. ff. De pactis ) quoties generaliter paciscor, ne petam rem. In personam vero, quoties paciscor, ne à persona petam.

Tertio, diuiditur in personali & reali: illud est, quod ad aliam personam, nempe ad hæredem non transit: hoc vero, quod transit ad hæredem; & cum paciscor tecum, ne petas à me, & possis petere à me hærede: vel paciscor, ne petam à te, & hæres meus possit à te petere.

72.

Quarto, diuiditur in nudum, & vestitum: illud est, quod simpliciter tantum placito firmatur: ut, dabo tibi, Stichum, & tu mihi dabis Pamphilum: hoc vero est, ex syllo. in verbo Pactum, q. 2. 2. quod firmatur re, vel verbis, vel scriptura, vel cosensu firmiore, quam sit simplex placitum, vel coherencia contractus, vel rei interuentu. Ac quatuor primis modis firmatum, nomen & rationem habet diversorum contractuum, ut hinc patet: quia ex tit. Quibus modis re contrahatur obligatio, in institutis, re pacisci contingit in mutuo, commodato, deposito, & pignore: propterea quod requiritur, ut ultra consensum contrahentium, interueniat in eis res data alteri partis; neque alioqui contrahatur.

Verbis vero pacisci ex tñ. De verborum obligationibus, Institutis, contingit in his in quibus ultra consensum requisitum in omni contractu, necesse est interuenire certa contrahentium, solemnia verba: quæ, ut in eodem titulo, §. 1. habetur: talia olim tradita sunt; spondes, spondeo, promittis, promitto, fide pronittis, fide promitto: fiduciubes, fidicubeo, dabis, dabo, facies faciam.

Scriptura autem pacisci configit in contractu chirographico: quo quis potest in iudicio agere contra aliquem ex solo ipsius chirographo. Itemque in alio contractu, in quo ultra consensum, necessario, siue ex legis dispositione, siue ex conuentione partium requiritur, vel scriptura interueni-

at. Sunt enim aliquando rerum emptiones, quæ non intelliguntur perfectæ, nisi interueniat scriptura confecta ex legi dispositione.

Consensu demum pacisci contingit in exceptionibus, locationibus, societatibus, mandatis; ex lege Consensu, ff. De actionibus & obligationibus. Vbi adiuste, quod quamvis in omni contractu requiratur consensus contrahentium: hostam specialiter dici consensus fieri: quod cum in tribus præcedentibus, ultra simplex placitum requiratur vires, vel verbis, vel scriptura interueniat, in his solus consensus sufficiat ad firmitatem perfectionemque contractus. Etenim emptio v.g. perfici potest sine traditione pretij, sola fide habita, & sine scriptura de eo soluendo. Item fieri potest sine traditione mercium, sola fide data de iis tradendis. Item fieri potest sine vllis verbis, per nutus, aut alia signa indicantia consensus internum: immo & inter absentes, per nuntios aut literas.

Pactum vestitum coherencia contractus, à Syntroloco citato illustratur hoc exemplo: Vendidi tibi domum cum pacto, quod morer adiuc in ea per annum: quod pactum vestitum est coherencia contractus venditionis; quod locum nudum maneret. Pactum vero interuentu rei vestitum, alio exemplo idem author sic declarat: Promisi tibi dare aliquid, ut faceres mihi vel dares aliud. Pratim atque tradidero tibi illud quod promisi, pactum ex parte mea est vestitum interuentu rei.

Quinto, diuiditur pactum in vtile: inutile: illud est in quo persona obligatur, quæ potest iure se obligare, aut obligatur res quæ non est prohibita obligari: hoc vero est, cui aliquid ex dictis, seu, quo id est, rei aut personæ circunstancia debita deest: ut quia res non est propria, sed aliena: aut persona in habitu est ad contrahendum. Quia de re politica in cap. 8.

Postremo, ciuiditur pactum, in honestum & turpe: illud est quod fit consentaneo legi: hoc vero, quod fit contralegem, siue diuinam, ut contractus simoniacus, vel usurarius, siue humanam, ut ludus: non quidem is qui vel exercet corpus, ut ludus armorum, luctæ, cursus; vel exercet ingenium, ut ludus schachorum: sed ludus in quo plus est fortunæ quam ingenij, vel exercitij corporis; ut ludus alearum & foliorum usorum: qui etiæ natura sua malus non est, sed indifferens ( ita factus recreationis honestæ gratia, & seruatis debitissimis circumsistis, peccatum non sit ) lege tamen humana, ob periuria, fraudes, iurgia, & huiusmodi alia, quæ ex eo frequenter sequuntur, prohibetur tam clericis, quam laicis: lege canonica, quidem in Cap. Episc. dist. 35. Immo in Cap. Cleric. 2. De vita & honestate Clerico. prohibetur Clerici, non tantum ludere, sed etiam interessere tali ludo. Lege ciuili vero, ff. De aleatoribus, in lege 2. & 3. & Cod. edict. in lege Alearum usus. De ludo egimus antea in lib. 10. cap. 25. parte posteriore.

## De promissione tantum interna.

## S E C T I O I .

A T Q U E his ita præmissis, primum documentum est. Si quidem homini promissio fiat: hoc ut obligatio inde sequatur, non sufficere eam esse tantum interna, folio animo concepta: sed debere verbo aut alio nutu, aut alio externo signo declarari: si autem fiat Deo, sufficeret obligacionem, folio animo illam fieri. Istud est D. Thomas 22. q. 88. art. 1. & aliorū quos refert & sequitur Thomas Sanchez de matrimonio lib. 1. disputatione 3. n. 5. Quidam priorem autem partem probatur, quia homines non obstringunt se aliqua obligatione, nisi humano modo; qui est per consensum alteri declaratum verbo vel nutu, vel alio signo externo, vel interuentu alicuius rei. Non enim homines ( qui tantum vident ea quæ parent, ex 1. Reg. m. 16. ) agunt inter se solis consensibus internis, qui natura sua latent, sed consensibus exterius declarati. Et ita matrimonium, aut sponsalia non contrahuntur solis consensibus internis: neque valida efficitur solo iure uno consensu facta: & sic de ceteris. Quod si quis obiciat signum externum consensu interioris, declarare tantum obligationem; proindeque ea potius supponere factam, quam facere. O urendum est etiam si id in

fit ad

RE  
P R  
M A  
T T

fit, ad obligationem tamen promissi quod sit homini, signum externum perinde requiri, atque ad obligationem legis humanae requiritur promulgatio, per quam interior voluntas Principis patet subditis, quandoquidem acceptatio, quae requiret notitiam rei acceptanda, conditio est sine qua promissio non obligat; sicut approximatio ligni ad ignem constitutio est sine qua non fieret illius combustio.

Posterior vero documentum pars ex eo patet, quod Deus sit ubique præsens, videatque semper, ac cognoscat, iuxiores cœnsus nostros, acceptetque id quod per illos ei debite offerimus. Sic fit ut votum obliget, etiam si factum sit solo interior actu animi, sine villa externa illius declaratione, prout habitum est in præced. lib. 17. n. 205.

*De promissione signo externo manifestata, sed ab eo cuius dicitur, non dum acceptata.*

### S E C T I O II.

**S**ECUNDVM documentum est. Promissione etiā simplicem, signo externo expressam, non obligare antequam acceptata sit ab eo cui fit, vel ab alio qui habeat ad id potestatem; ita possidente acceptationem tuta conscientia reuocari. In hoc Doctores communiter conuenire Ludovicus Molina, de collatis differens, annotat deinceps. & iure tract. 2. disput. 263, etiā discrepant, quod aliqui velint in iuri tantum ciuilis dispositione, ipsam fundari: alij vero constare de iure etiam naturæ; de quo contendere, nihil est necessarium pro praxi nobis proposita: cum sufficiat permisssam iure ciuili reuocationem promissionis, locum habere in Ecclesiastico, conscientia que foro: in quo iura ciuilia, authoritatem obtinent, quando nihil definiti iuri Canonicó contrarium, prout constat ex Cap. 1. De noui operis nuntiatione. In ea autem re iura ciuilia consentiunt cum iure Canonicó. Etonim quod de liberali pollicitatione habetur ex lege 1. ff. De pollicitationibus; & de liberali donatione, ex lege Absenti, ff. De donationibus; & ex lege Qui absenti, ff. De acquitatem vel amittendam possessione: de le & ante quā acceptata sit, non habere vim obligandi: consenserunt cum neceſſum est Cap. Si tibi absenti, De præbendis in sexto: vbi statuitur per collationem beneficij non acceptatam, ius in ipso beneficio minime acquiri. Nam vero si donatio non habeat vim obligati donec acceptata sit à donatario, multo minus habebit promissio dandi. Ad idem confirmandum facit ratio, quam tangit D. Thomas 2. 2. que est 88. art. 2. quod promissio fiat homini, in ipsius gratiam & bonum: ideoque non ante obliget quam ipse declareret sibi gratam bonamque esse: adeoque consensus illius, cum consensu promittentis conueniat in idem placitum, iuxta ea quæ habentur lege 1. ff. De pacis. Deinde cum tam donatio, quam promissio fiant ex liberalitate: certe si acceptata non sint, nullam obligacionem parvunt, reuocarique possunt, tanquam adhuc posita in fieri, atque pendentes ex libera voluntate promittentis vel donantis. Quam voluntatem mutando non facit alteri iniuriam, nec damnum infert: quandoquidem nihil habuit quasitum, quod inde ei pereat, & ita videmus passim vsu receptum, vt liecat suam obligationem reuocare antequam sit acceptata: nec exigit ut expectetur, donec acceptetur vel reuocatur. Nam ex citata lege Qui absenti, si qui promittit vel donat, non habet mentem, vt velit possessionem sua restatim à se dimittere, sed expectare donec alter certior factus, accepteret.

*Observationes pro praxi de eadem.*

### S E C T I O III.

**H**ic aduertere primo, quod cum promissio dandi vel facienda non acceptata, obligationem non habeat: multo minus habere illum, cuius facta est monendum eam factam esse. Secundo, quod promissio duret, quando non reuocatur: si cui facta est, illam nondum reuocatam acceptet post intervalum temporis, perinde vim obligari accipere, accepseret ab initio acceptata.

Tertio, pro non acceptante habendū esse eum, qui dixerit, neque accepto, neque non accepto: quoniam vere non

acceptat. Habendum vero esse pro acceptante, si præsens, & audiens promissionem taceat; prout multi docent quos Sanchez refert lib. 1. de matrimonio, disput. 6. nu. 11. Et ratio est quia tunc, quoties de ipsis commodo agitur, censetur consentire in sui fauorem: tunc enim si inquam alias, locum habet regula iuris in 6. Qui taceat consentire videatur prout idem in præced. disput. 5. nu. 5. multis aliis citatis nota.

Quarto, acceptationem promissionis (cuius interuenta hæc habet vim obligandi) post fieri non tantum per eum cui promittitur; sed etiam per alium, cuius negotij commisit; aut cui de iure id conueniat; vt conuenit ei qui sic est sub illius potestate, vt non sit sui iuris; iuxta illud, & contrario sensu, in §. Si quis alij, Institutis, De inutilibus stipulationibus. Si quis alij, quā ei eius iuri subiectus est, stipuletur, nihil agit. Sic ergo acceptare potest filius pro patre: seruus legalis pro domino; religiosus pro Praelato suo. Et ratio est, quia tales censentur, una persona cū eo cui subiiciuntur. Conuenit item ei, qui alterius curam gerit: quia si potest ei facere potestatem stipulandi, eam quoq; ipse usurpare potest: & ita tutor acceptare potest pro pupillo, curator pro fælio, princeps pro subdito, & notarius conficiens instrumentum promissionis. De qua re pluribus Cosar, lib. 1. varia-  
rū refo. cap. 14. n. 11. & sequentibus. Conuenit præterea illi, qui ex promissione vel donatione facta absenti, repeatat cōmodum, vel aliquo onere liberatur. Pro quo est textus in citato titulo, De inutilibus stipulationibus, §. Sed & si quis est sic creditor acceptare potest pro debitore: focius pro socio, vxor pro marito. Conuenit deinde in cuique etiam priuato, acceptare fauore causa pia; ex communione sententia; vt aliquos in eam citatis habet Sanchez in nu. 10. sequentis disputationis 7. in qua de præcedentibus quoque agit.

C A T E R V M istud quod dicitur de acceptatione promissionis pro absente, non est extendendum ad promissionem onerosam, & vltro citroq; obligatorium: vt cum promittit me venit dum domum patri tuo, si pro ea mille dare velit. Ratio est, quia in tali promissione, vt firma sit & irreuocabilis, necessarius est consensus absentis; quo se vicissim obliget. Nam cum sit contractus respectivus, includit tacitam conditionem, scilicet in retributione, & grauamine appositio consentiat. At nō obstante acceptatione facta suo nomine, non potest consentire, recusando subire tale grauamen. Ergo & si qui sic promisit, potest resilire: alioqui reciprocus contractus claudicaret, vnum alstringens, & alterum solutum relinquent; quod non estratione consenteatur. Hanc limitationem notat post Molinā de iust. & iure tract. 2. disput. 2. 24. Sanchez de matrimonio lib. 1. disput. 7. nu. 12. & post vtrumque Lessius de iust. & iure lib. 2. cap. 18. dub. 1. 7. nu. 51.

Quinto, aduertere quod item Lessius in præcedenti nu. 49. habet ex Cosar. vt si qui præsens est, possit pro absente in illius commodum promissionem valide acceptare, exigi vt verba promissionis ad ipsum dirigantur: si enim dirigantur tantummodo ad absentem, vt si dicatur: Petro absenti p' omitti centum, is qui præsens est, non potest promissionem acceptare; quia non fit ei, nec ad eum dirigitur intentio promittentis. Adit idem bene in nu. 50. Eum qui nomine alterius valide acceptauit promissionem, non posse eam condonare: quia ex legum dispositione, iam est tertio quæsumum ius, quo non potest illum priuare. Quanquam obligatio qua promissor adstringitur pendat, donec ab eodem tertio fuerit acceptata, qui illam, vt pote factam sub ipsius beneplacito, repudiare potest; adeoque irritam reddere. Donec ergo de tali beneplacito constituerit promissori; ipse non tenebitur exequi promissum. Vnde quia nec tenetur de eo monere promissarium, fieri potest, si nec moneatur ab eo qui acceptauit, ad minime obligatus, vt sine peccato nulla sequatur executio.

Sexto aduertere quod Sanchez tractat in eod. lib. 1. disput. sex. ta. nu. 7. & 8. mandatum donandi expirare: quidem mandatis morte, ex lege Mandatum. God Mandati (& ratio est, quia cum vita definit authoritas, quæ debet executionem mandati vim dare) non tamen promissionem donandi, quæ ex parte promittentis fuit valida & perfecta. Et licet reuo: ab illo quoq; fuerit, iuxta antedicta, nō fuit tamen, vt supponimus

de factio reuocata: adeo ut maneat capax acceptationis, & obligationis eam sequentis. Nec obstat praeiudicium hædum promissoris; quia, cum vt in commodis, sic & in incommodis censetur una persona. De quo idem author plementius in præced. num. 5. Consequenter in nu. 6, addens, quod codem fundamento nititur, mortuo illo cui facta est promissio, hæredes ipsius posse eam acceptare. Pro quo plures citat; & inter alios Molinam in memorata disput. 264. §. Iuxta haec tenus dicta.

Postremo aduerte, quod alias citatis Sanchez ipse adhuc ibidem habet. nu. 17. promissio em, si facta sit ob Dei honorem, ita animus promittentis non feratur in hominem, aut in locum cui promittit; valere promissio ante quam acceptetur ab eo in cuius utilitate facta est; vt si quis dicat. Promitto me Dei amore daturum pauperi pueræ centum in dotem. Ratio autem patet, quia talis promissio censetur esse votum quod statim obligat tanquam factum Deo, qui semper & ubique præsens est. Locum autem obligatio hæc habet (addit idem) etiam in dubio: seu cum quis dubitat, intenditne promittere homini, an Deo: quia in causis piis, dum promissio sit in absentia illius, cuius communum concernunt, intentio communiter fertur in Deum: & ideo vt non peccet ei contraueniendo, opus est dispensatio Episcopi ad relaxationem illius, tanquam voti cuiusdam nunciatati Deo. Idem dicendum est de promissione facta homini, cum fuerit iurata, quia quantumvis acceptata non sit, obligatio ratione iuramenti, iuxta superius tradita in cap. 4. sect. 4.

De promissione declarata signo externo & acceptata.

#### SECTIO IV.

**T**ERTIUM documentum est. Promissionem simplicem factam homini & acceptatam ab illo cui facta est, obligare in conscientia. In hoc Doctores consentiunt: cum certum sit transgressione in illius peccatum esse; vt pote repugnantem recte ratione: quæ dictat non esse fallendum, sed datum fidem seruandam esse. Consentunt etiam peccatum esse tantummodo veniale, quando ipsa promissa fuerit levius; mortale vero, quando ea fuerit gravis, aut quando talis transgressio gravius nocet alicui, aut grave scandalum, vel gravem perturbationem generat ob fidem violatam. Discentiunt vero quod nonnulli ipsum existiment genere suo peccatum esse solummodo veniale, & alii esse mortale; vt rorunque meminit Sanchez in præced. disput. 5. dubio 3. iisq; assentitur, & merito, qui suo genere mortale esse censem. Nam tale peccatum est sufficiens ad instantiam excommunicacionem, iuxta illud in cap. 1. De pactis. Aut inita pactum suum obtineant firmatatem; aut conuentus, si se non cohibuerit. Ecclesiastica sentiat disciplinam. At excommunicatione imponi potest tantum pro mortali, ex Cap. Nemo Episcoporum 11. quæst. 3. Dicinde quandocumque in foro externo quis iure copulaturali quid adiplemere, cœfetur ad illud fuisse in conscientia obligatus ex iustitia (nisi iudicium innitatur falsa presumptioni, aut tantum sit damnationis ad peccatum) cum iudicis sententia eo tendat, vt vniuersique ius suum redat, & constitutat qualitatem, in qua consistit medium iustitia, cuius violatio est suo genere mortalit. At in foro externo, etiam Ecclesiastico, is cuius promissio acceptata est, illam implore competit, vt per cap. 1. De pactis, Doctores communiter statuunt, teste Couar. ad Cap. quatinus patrum, par. 2. §. 4. numer. 14. Ergo talis profissionis obligatio ei modi est; vt violare ea de re, suo genere sit mortale.

Nec obstat, quod ex eodem Couar. ibi em, tunc solum aetio iure Canonico detur contra promittentem, cum in promissione causa eius exprimitur. Nam id pro foro externo dicitur, in quo adiectio causa promissionis desideratur, ne ioco & absque animo promittendi, aut per errorem facta esse presumatur; alioqui si aliunde constaret de promittentis voluntate, is in eodem foro compelleretur seruare fidem. Cum autem in foro conscientiae cœfetur presumptioni; promissio obligat, etiam si causa illius non sit expressa; quod aliquot alii citatis habet Sanchez in eadem d'put. quinta, n. 22 in fine.

Accedit ad hæc quod peccatum violata promissionis non solum contra veritatem committatur, tanquam mendacium (prout sentire videtur Caiet. in verbo Perfidia) sed etiam contra fidem datam homini, tanquam peccatum infidelitatis, ex D. Thoma 2. 2. quæst. 110. art. 3. ad 5. At infidelitas graue peccatum est de se, vt pote oppositione fidei; quæ virtus est moralis, in qua fundatur iustitia omnis obligacionis contractus, & conuentus inter homines. Addo, idem peccatum adhuc esse contra charitatem, postulante ut simus fideles in promissis seruandis: cum fecus facere sit contra societatis humanæ tranquillitatem, & odij seminarium. Accedit præterea quod iniurias sit de se peccatum mortale, iuxta illud prioris ad Corin. cap. 6. An necis qui iniuri regnum Dei non possidebunt? Non seruare autem promissum, iniurias sit: sicut seruare, æquitas est, vt habeatur ex initio prima legis, ff. De pactis. Quare peccatum est mortale. Ad quod confirmandum facit illud Prouer. 12. Abominatio est Domino, labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei.

Observationes de eadem, propraxi.

#### SECTIO V.

**P**RO PRAXI autem aduerte primo. Quantumcumque acceptata sit promissio, nisi facta sit cum plena deliberatione, invalidam eam esse, vt communiter Doctores meritio affirmare, habet Molina de iust. & iure tract. 2. d'put. 267. in initio; quia non est alioqui integræ actus humanus: cum de se obligat ad mortals, vt ante habitum est, exigit deliberationem ad mortale requisitum: tales scilicet ad obligandum homini, illius intimatione, qualem ad obligandum se diabolo, illius transgressione, iuxta glossam 1. ad Cap. Mulier 32. quæst. 2. communiter receptam, teste Naurario in Ench. 1. ap. 12. ff. mer. 24. Et ita invalidas censeri promissiones, non modo eorum qui rationis usum non habent, vt infantum & amentium: sed etiam eorum qui habent quidem, sed illas non faciunt cum plena deliberatione: vt contingit ei qui ira aut alia perturbatione animi subita percitus, aliquid Deo aut homini promittit, si perturbatio tanta fuit, vt rationis iudicium obtenebratur; ac deliberatione ad peccatum mortale requisitana, ita impedierit, vt si codem passionis motu hominem occidisset, homicidium mortale non commisisset. Quade re plenus Thomas Sanchez lib. 1. de matrimonio, disput. 8. difficultate 1. Sed sufficiat addere quod ille habet num. 7. ex Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 1. circaprimam conditionem ad votum requisitam: Ad plenam deliberationem requiri, vt quis de alioque deliberat, conferat ipsum cum suo opposito, vt intellectus tali collatione viam muniat voluntati ostendendo scilicet ei in utroque boni rationem quam eligat) ad alterutrum libere admittendum, vel repudiandum. Quam quidem collationem idem ait imperceptibiliter fieri posse: vt si occursat homini irato volenti vovere, & dicendo ei, quid facis, vel aliunde in mentem veniat ei cogitatio vt de vouendo, sic & de non vouendo, nihilominus vovet. Pro quo videnda sunt dicta in præcedenti lib. 15. cap. 4. sect. priore.

**A**DVERTE SIC VNUO, nimis rigidu est, quod Nauar. in Enchir. cap. 18. nu. 7. indicat, in simplici promissione materiam grauem, ex qua illius violatio sit mortalit, cœlendum esse rem eam, qua sufficiat ad furtum mortale. Nam obligatio soluendi promissa, multo minor est, quæ ristitudi furore ablata; cum hæc sint aliena, non item illa, quandoquidem per professionem etiam acceptatam non transferatur dominum antequam interueniat traditio rei promissa, & donatio sit completa. Traditionibus enim & usucaptionibus dominia rerum, non nudis pactis transferuntur, prout haber les Traditionibus, Cod. De pactis. Quod Doctores significant, dicentes promissione acquiri ius, non quidem in re, sed ad rem: seu vt si cui facta est promissio, possit ageare intereste aduersari eum qui illam sibi promisit, prout habet Molina de iust. & iure tract. 2. d'put. 273. Accedit quod homines ceteris partibus grauius conquerantur de furore bisfacto, quam de non adimplera sibi facta promissione. Sic igitur ex communī doctrina maior q' unitas requiritur ad constituendum furtum mortale, cum commit-

titur ab vxore vel a filio; quam cum committitur ab extraneo: quia maritus vel pater, minus grauiter ferunt, minusque inueniuntur, sua surripit ab uxore vel filio, quam ab extraneo: ita etiam quia consentaneum est, ut is cui ex mera liberalitate promissum est, aliquid minus egre ferat sibi non solui, quam si esset ei furo sublatum (*iuxta illud in Cap. Ex parte, De veni- bus: libera iter oblate benigniter exigenda sunt*) maior sane quantitas requiritur ad constituantem violationem promissionis mortalem, quam ad constituantem futurum mortale. Si quereras, quanto maior requiritur? Respondebat Thomas Sanchez in cod. lib. 1. disput. 5. numer. 24. require quadruplicem: cui contradicere, quod compellat, nihil ocurrerit. Ceterum quae quantitas sufficiat ad futurum mortale, expostum est in praecedentibus lib. 23. cap. 1. quest. 3. in fine.

**A D V E R T E T E R T I O;** Quod ex D. Thoma 2.2. quest. 10. art. 3. ad 5. habetur: ut qui tenetur adimplere promissionem obligantem, opus esse ut non mutetur status personarum, rerum, & negotiorum: communiter quidem reciputum est, teste Molina in *cu. tract. disput. 272*. Sed tamen habere tantummodo locum, ut idem notat, tum quando ex mutatione, adimplerio facta est impossibilis, ut si promisi equum meum tibi dare certo die, & ante illum diem moritur; tum quando eadem redditia est illicita: ut si alicui promisisti daturum eiensem, & is interea in amentiam vel furiam incidit: tum demum quando talis mutatio contingit, quae si occurrit, non esset facta promissio, nisi cum illius exceptione. Si ergo non teneris ad impletionem promissi de danda certa pecunia summa, si postea deuenisti ad eam egestatem, quam si praeceperis, nunquam tale quid promisisti. Similiter non teneris stare promissio de gerendo foris negotio alicuius, si filiustus in grave morbo domi inciderit, opera, præsentia que tua indigens, quia non intenderas obligare te in eo cunctu. Non teneris, inquam, quia liberalis, gratuitane promissio non obligat plus, quam promitteris intendenter te obligare. Etenim sicut in generali cessione non veniunt ea quae quis non esset in speciali verosimiliter concessurus, ex regula 81. iuris in 6. ita nec in promissione veniunt cunctus, qui si in specie vnguis promitteri in mentem dum promisit, illos exceperit. Cuius rei melior interpres esse nequit quam ipse metuens promittens: ita ut dum dubitabat de aliquo cunctu: an ipse tenetur in eo seruare promissum, interrogandus sit: donec animo fuerit dum promitteret, ut si talis cunctus in mentem cito venisset, illum omnino exceperit: si enim respondeat acceptum fuisse, nec habitur intentionem se obligandi, iudicandus erit liberab obligatione.

**A D V E R T E** quarto nonnulla (*qua in eadem disput. Molina notat*) circa iam dictam excusationem esse obseruanda. Primum est. Eum qui fuit in mora impleendi promissum, damnisinde secutis refaciendis, ex superuenienti impedimento excusari quidem pro tempore, quo id ipsum durat; non tamen pro eo in quo ipsum iam cessauerit. Ratio est, quia tunc est debitor, non tantum ex promissione; sed etiam ex delicto, quo fuerit in mora. Exemplum est, si promisisti dare centum hoc mense, & cum positis, omisisti sine iusta causa solvere: interea autem redactus es causa ad egestatem grauem, ea quamdiu durat (*tanquam obligatione per eandem seipsum*) excusat te; non autem postquam cessarit: quoniam ex iniusta illa detentione precedente egestatem, manus obligatus post eandem, perinde ac maneres ex alia iniusta damnis illatione.

Secundum est. Quod dicitur de accusatione impleendi promissionem ob mutatum statum rerum; locum habere, quantumcumque illa sit iuramento confirmata, ex Cap. Quidam modum, De iure iurando. Et quia nihil aliud iuramento promittitur, quam quod promissio continet in se, fit ut si eius adimplatio iustum excusationem habeat; iuramentum etiam quo confirmata est, habeat.

Tertium est. Quod diximus, promissionem non obligare ob mutationem status rerum, que si in mentem venisset, illa non fuisset facta; minime comprehendere factam, ab eo qui non penetravit omnino, quia in re promissa continebantur: exquisitus si aliqua perfecta hauquisset, experitus fuisset, omnino abstinuisset a tali promissione. Nam hoc ipso, quod quis aliquid promittit, illud promittit se-

cundum omnia contenta in eo: quod si non cognoscat omnia, imputare sibi debet, quod promiserit re, cuius annexa non satis expenderit. Et ita ex communis sententia, non est liber ab ingressu religionis qui illam vovit non penetrans difficultates quas habet annexas. Quanquam levitas illa in vovendo, mouere potest. Superior est ad facilius dispensandum cum illo, quando adfuerint aliae dispensandi causae: ut quod non habeat mores seu naturam statui quem vovit satis appetat, nec vires competentes ad ferendos religionis labores.

His Molina in finc eiusdem disput. contra Nauarrum addit, si duo sibi mutuo aliqua alias indebita, nec in aliquam compensationem, promittant, licitum esse vni promiscentium ex eo non impletere promissum, quod alter a se factum implete nolit: quia eius ingratitudo id meretur: quae ex §. 2. in fine; Instituti. De donationibus; & ex leg. ultima, Cod. De revocandi donationibus, potest sufficere ad revocandam donationem completam; & multo magis promissionem etiam acceperat, cui illa superaddit traditionem rei promisit. Videri potest idem Molina in sequenti disput. 28. in qua referat & explicat causas de quibus ob ingratitudinem donatarij, donatio revocari potest: quorum mentio habetur in Cap. finali De donationibus, his verbis. Si forte in ipsum impias manus iniecerit (de donatario sermo est respectu donantis) aut sibi atroces iniurias, seu grava rerum suarum damnum vel vita periculum inferre possumpserit.

**A D V E R T E** postremo excusationem per ignoriam in hac re locum habere: namque fieri potest ut ex obliuione inuincibili, absque peccato non seruat promissum. Habere item ex fiducia quam quis habet de eo cui promisit, quod non displiceat illi promissum differri, aut etiam nusquam praestari: Immo ex quacumque alia causa, qua prudenter arbitrio ceseatur rationabilis, & ob quam promissarius merito consentire debeat in talem dilationem, nisi scandalum aliud notabile documentum, aliud eiusmodi accidentis obstaret. Ita docet Caet, in verbo *Perfidia*, sub finem,

#### Depromissione facta.

#### S E C T I O VI.

**Q**UARTVM DOCUMENTVM EST. Cum promissio fieri possit aut *sive* animo promittendi, aut cum animo promittendi quidem, sed non obligandi se, aut deinde cum animo promittendi & obligandi se: sed sine animo impleendi promissum certum esse hoc tertio modo factum promissionem obligare; quoniam peruersa intentio non impleendi promissum, non eximit ab obligatione que naturaliter confurgit ex promissione facta animo se obligandi. Primo vero modo factam promissionem, cum non sit vera, sed tantum ficta, non obligare ad promissum implendum: siquidem promissio fuerit nuda omnino; ac sine intuitu causa future. Qod addo, quia si fuerit cum tali intuitu ut promitto sibi centum, si hoc facias; etiam si facta sit promissio, ea obligat potest in actu tali causa: quia licet qua parte facta est, non obligat eum qui bona fide contrahit: cum tamen qui mala fide contrahit, obligat ad refaciendum omne dampnum quod alter paulus *terribilitate dolii*, quo erga illum vitetur contra iustitiam, in omni conventione & contractu mutua obligationis retinendam. Et ita (*quod fuit etat Tho- mas Sanchez in lib. 1. de matrimonio disputat. 10. & 11.* ille qui pueris promittit se acceptum) illam in uxorem, si sus voluntati consentias, obligatur seruare promissum, ratione contractus facias, ut facias non obstante quod dolose promittat.

**A N A V T E M** obliget promissio 2. modo facta; versatur in dubio, quod idem author in preced. disput. non tractat. Pro explicatione autem notandum est duplum contingere posse, ut promittens non habeat animu obligandi se; uno modo positivae, seu habendo actum posituum quo nolit obligari; altero negatiue, ut cum nec voluntatem se obligandi, nec contraria habet. Quod rursum potest contingere duplum: uno modo habendo implicite voluntatem se obligandi; ut contingit cum quis sciens promissionis naturam esse, ut obligatio ex ea confurgat, non habuit voluntatem contraria: altero modo, ne quidem implicite habeo talem voluntatem; ut accidit cum promittens ignorat talern esse promissionis naturam, ut inducat obligationem seruandi

88.

89.

90.

feruandi promissum. Quia cum ita sint, ad propositionem dubium satisti his propositionibus.

Prima est. Cum promittens habeat se negative, isto posteriore modo, non obligatur ad impletionem promissi. Ratio est, quia obligatio promissionis consurgit ex lege priuata, quam promittens sibi imponit; nullaque lex obligat, nisi legislator obligare intendat; nec quisquam se obligat, nisi voluntatem habeat se obligandi, ex lege 3. §. primo, ff. De actionib. & obligationib. At eo de quo loquimur modo promittens, ne quidem tacitam habet voluntatem obligandi se, promittendo: cum voluntas nullomodo feratur in omnino incognitum. Attamen si ignorans promissionis naturam, intentionem habeat faciendi illam, eadem ratione qua ceteri solent, censeretur tacita habere sufficienter ad obligationem: sicut & qui baptizat ea intentione, qua ceteri solent, in Ecclesia, sufficientem habet ad validitatem sacramenti, si cetera ad sint.

Secunda propositione est. Cum promittens habeat se negatiu[m] priore modo, hoc est, nouit quidem promissionis naturam, & vim inducendi obligationem: sed promittendo, nec exprimit voluntatem obligandi se, nec illam excludit per contrariam voluntatem; vere se obligat. Huius ratio in promptu est: quia obligatio est naturalis effectus promissionis. Ergo illa, nisi excludatur per contrariam voluntatem, ex hac sequitur, sicut calefactio exige.

Tertia propositione est. Si promittens, expresse habeat voluntatem non obligandi se, probabile est quod non obligatur. Ita sentiunt in verbo. Pactum, Angelus, & Sylvester quæst. 4. Tabiena & Armilla quæst. 2. atque alij, quorū Sanchez loco cit. n. 5. in fine mcmix. Probatu[rum] vero, quia nemo se ob[ligat] nisi sua voluntate, vt satis patet ex prædictis. Quia igitur talis non habet animu[m] obligandi se, prof. cto non obligabitur. Sed ob[ligat] eti[am] aliquis, voluntati promittendi suapte natura consequent[em] esse, in eaq; implicitam ceteri voluntatem obligandi se ad seruandum promissum: sicut in voluntate ambulandi in campo media aestate, implicite continetur voluntas astrandandi. Cui occurendum est; inde tandem concludi, quod ex vi promissionis, promittens obligatur, etiam si non habuerit expreſſu[m] animu[m] obligandi se: non autē quod per voluntatem contraria[m] non potuerit impedire obligationem. Id enim patet, sicut Princeps potest per voluntatem non obligati subditos, impediare lata legi obligationem. Quod si virgat, legē latam cum voluntate non obligandi, materialiter tantu[m] & improprie effe legē. Occurendum est similiter, promissionem factam cum voluntate non obligandi se, tantu[m] esse materialiter, & improprie promissionem. Supersunt de promissione aliquot dubia, quorum explicatio utilis est pro praxi.

#### Explicatio aliquid dubiorum de promissione.

#### SECTIO VII.

PRIMUS est. Ad quid teneatur qui etiā sub iuramento aliquid pro alio promisit ipso inscio; De hoc citatis Sanchez lib. 1. de matrimonio, disput. 24. agens, statuit talem teneri bona fide, ac sine fictione omnem, adhibere diligentiam, quam promissi qualitas exposcit, vt ipsum impleatur. Ratio est, quia ipsius sp[iritu]is mens, sensu[m] fuit se curaturum, & effectum quantum posset, vt alter promissum impletret. Nam alia ratione, tale iuramentum illicitum esset tanquam promissorum rei dubia, nec posita in propria protestate. Illius igitur violatione tunc peccabit, qui illud præstis, si negligens sit in procuranda promissi adimplectione: aut fraudulenter agat; vt si ipso petredi modo ostendat voluntatem parum propensam ad effectum. Sic enim is qui vult religionem, non satisfacit, ingressum petendo verbis: si ita frigide id faciat, vt indicet optare se non admitti.

Additidem author cum Molina de iust. & iure, tract. 2. disput. 263. §. Quod si is, promissorē facti alieni, qui negligens fuit in curanda promissi adimplectione, debere per seipsum præstare, quod alius debuerat; tanquam sponsor scilicet, per quem fecit ne quod sponponit ad effectum perducatur. Immo & resarcire damna inde ortas, t. inquam ex causa culpabiliter data, iuxta communem doctrinam de restitutione, quā tradidimus in libro decimo cap. 8. Quibus incommode

non censetur obnoxius is, qui diligentia, quā potuit, adhibitum curando vt obtineret ab illo alio, quod bona fide promisit se obtetur, nec potuit obtinere. Ex quo fundamento idem Sanchez in sequenti disput. 25. n. 3. cum pluribus quo referat, statuit talem, nec teneri tunc ad pœnam subeundam, quam sua promissione adiecerit. Addens n. 6. cum pluribus item, quos & referat, si tali constet quod voluerit se ad pœnam vel intercessu adstrugi in omnem eventum, non dari excusationem ab eiusmodi obligatione, eo nomine quod fecerit illud quod inficerat, vt si promisit se seruaturum indemnem promissarium, vel de propriis bonis omne interesse ei solutum. Namq; tunc non promittitur factum alienum, sed proprium, in eventu quo alter non faciat illud quod de eo promittitur. Itaq; promissarium indemnem reddere tenebitur, non in solutionem pœnæ, sed in compensationem defecus facti alicui promissi.

Secundum dubium est. Ad quid tenetur is qui iner-  
tus est de sua promissione.

A D hoc respondet, incertitudinem eam posse esse de promissione. 1. an eam fecerit. 2. si fecerit an animo obligandi fecerit. 3. si hoc modo fecerit quidē, sed an cū plena deliberatione. Atq; quod ad incertum primo modo; si adhibita sufficiente diligentia in inquirendo, nihil certitudinis acquirere potuit, ad hinc tenetur; quia in dubio melior est conditio possidentis bona fide. In tali casu autem, voluntas possidet suam libertatem bona fide, ob adhibitam sufficientem diligentiam in inquirendo vinculo, quo adstricta esse existimari valeat. Quod si quis inquirendo, inueniatur adeo probabile esse, quod promiserit, vt oppositum vix habeat aliiquid probabilitatis; consensu[m] est, vt existimet se teneri: si inueniatur vtrumq; partem probabilem, liberam erit ei quam volu cligere. Pro quibus faciunt quæ Sanchez lib. 2. de matrimonio, disput. 41. persequitur fuse.

Quoad incertum autem secundum modo, an teneatur seruare promissum, idem Sanchez lib. 2. disput. nona n. 12. disput. rationibus allatis in vitram que partem: cum quo tenenda videtur pars affirmans; praesertim cum antea ad misericordiam quod obligatio naturaliter sequatur promissionem, nisi ei expresse apponatur contraria voluntas non obligandi se. Quare dum constat de promissione, si de obligatione illius dubitetur, consentaneum est hanc illi tribuere, tanquam naturalem effectum, cuius nullum assigatur impedimentum. Hinc enim est, quod statim ac quis affirmsit se promisisse, nō queratur an se obligare voluerit; quoniam quæ naturæ consecutione insunt, presumuntur semper inesse, nisi constet aliquid efficax impedimentum interuenisse.

Quo ad incertum denique 3. modo; ille qui est si sciat promissionem suam factam esse animo obligandi se, dubitat tamen an fuerit facta cum plena deliberatione, eo quod promiserit ira aut alia perturbatione grauiter commotus: tenendum videtur (quod alii citatis habet idem Sanchez in preced. disput. 8. n. 10). In tali dubio promissionem obligare: cum, ex hypothese, constet eam esse emissam: non constet antem de def. eam deliberationis, ob quem censeri debet validitas illius impedita; quinimo sit de probabilius, exter nos actus liberos fieri cum plena deliberatione, quam cum illius def. est: vt ex eo patet, quod vix soleat à peccato excusari ille qui ex vehementi iracundia alterum percussit. Nec enim tali modo facta, sicut facile præsumi possunt gesta esse absque maturo consilio: possunt similiiter præsumi gesta esse absque plena deliberatione: quia, vt bene notat Caet. 2. 2. quæst. 88. art. 1. circa medium; licet deliberatio requirat actualem mentis collationem, qua voluntati offrantur opposita: nempe agere, & absinere ab agendo; etiam si possit quis ex deliberatione egisse, etiam si non satis sciat, an vius sit actuali collatione. Sic, vt idem addit., qui impetu ira commotus ad occidendum vel blasphemandum, occidit vel blasphemat, ex deliberatione egisse censri potest, eo nomine; quod est si passione impellente ad vindictam vt consonam; in finibus aliquis in oppositum occurrit, tanquam reuocatio à proposito malo; nihilominus prævalente passione agatur: actus ex deliberatione esse peccatum.

tertius

*Tertium dubium est. Aliquid obliget promissio facta duobus casis promissio non potest viri quippe estare promissum.*

**A**d hoc respondendum est distinctione, quam habet s. l. In verbo sponsalia, que est. 7. nimur; quod si promissio viraque sit nuda ac simplex, prior valet, non posterior; quia iure naturae in obligationibus secundum omnia paribus si una est prior, altera posterior non valet posterior cum detimento prioris: quandoquidem ex reg. 54. iuris in 6. prior tempore, potior sit iure. Sin autem promissio prior sit nuda, & posterior aliquid annexum habeat, quod eum cui sit, afficiat damno nisi impleatur, posterior valet, non autem prior. Exempli gratia: pauperi centum promisi in elemosynam, & idem postea alteri promisi in compensationem damni quod illi intulit: neque possum viri facere; debo dare posteriori centum, cum tantum ei debeam ex iustitia, & alteri solummodo ex simplici promissione, quae non obligat, nisi omnia manent immutata. Atque hinc est, prout habatur ex C. p. si inter De sponsalibus, q. si quis duabus promittat matrimonium vni post aliud, is obligetur priori, non ita posteriori; quia vtrique fecit nudam promissionem. Sed si prior nuda promisit, & posteriori adjuncta copula; non obligatur illi, sed huic, quae contra iustitiam afficeretur damno, si matrimonium cum ea non contraheretur. Quod si prior promissio sit nuda, & posterior sit iurata; illa valet, non haec: quia iuramentum eam firmans nullum est, utpote contra bonos mores adhibitum in re illicita: cum prior promissio obliget iure naturae, & ideo posterior, etiam iurata, impleri nequeat absque peccato, quod committatur talis iuris violatione.

Adhuc, si una promissio facta est Deo, & altera homini, quae simul impleri nequeat: vt cum quis fecit votum simplex castitatis, aut ingrediendae religionis, aut suscipiendo rum factorum ordinum; & praeterea promisit puellae se ducturum eam in vxorem: dicendum videtur primo si promissio facta puellae simplex sit, votum valere, siue praecessit, siue securum sit eiusmodi promissionem: quia licet votum sit quoque simplex promissio, praevalere tamen debet tanquam facta Deo; coque ipso rationem habens melioris boni, cui alia promissio praedicta impedimentum adferre non debet, ne censetur esse contra bonos mores. Sin promissio nqua facta est puellae, adjunctum sit aliquid eidem puellae ex iustitia debitum, tunc siue votum praecedat, siue sequatur, promissionem ipsam obligare, neque eam tolli per votum: quod tunc tale est, quod nequit impleri absque illicita proximi lascivie contra iustitiam. Attamen eiusdem voti dispensatio peti debet, eo quod ex se vim obligandi habeat, licet sicutam per interuenientem obligationem debiti ex iustitia, cui cum ilius obseruatione satisfieri nequit. Sed de voto iam dictum est ex instituto in precedentib. 13. tractatum tertio.

*Quartum dubium. Alioquinando pariat obligationem ad restitu- tionem.*

**H**inc latifissi potest sequentibus propositionibus. Primum est, non nasci obligationem ex nuda promissione. Probatur, quia obligatio ad restituionem oritur tantum ex lectione iustitiae commutativa, qua ratio contingit violatio promiseonis nudae. Nam non solvens promissum, non afferit; nec derivet bonum alterius, sed negat bonum suum promissum alteri, qui ad illud non acquisitum aliud iuris, quam ut possit in conscientia illud petere, & conqueri de violata fide data. Ratio est, quia nuda promiseione non transferunt dominium, iuxta illud in lege Traditionibus, Cod. De pactis. Traditionibus & usucaptionibus dominia rerum, non nudis pactis transferuntur. Locum habet autem hec propositione, si promissarius expensas fecerit, aut as alienum contraxerit, nixus non quidem conventione aliqua, vt tale quid faceret, dum promissum expectat: sed sola nuda promissio ex liberalitate. Ratio est quod debeat imprudentia, siue imputare, tale incommodeum, cuius ipse auctor sibi fuit:

dum expectatum ab alio ex debito honestati, vel misericordia, existimat tale, quale si debitum esset ex iustitia.

Secunda proposicio est. Obligatione esse ad restituionem, seu ad per solutionem promissi tanquam debiti ex iustitia; cum promissio acceptata adjunctum habet onus, quod impletum est ob conuentiōnem qua promissor & promissarius consenserunt in eiusmodi adiunctionem. Exemplum est, si promiserim me daturum tibi centum aureos, dummodo Romanam eas: & acceptata promissione Romanam iuristi animo satisfaciendi iustitiae conuentiōni. Ratio vero propositionis est, quod is qui non stat tali conuentiōni, inferat iniuriam proximo, gravando illum contra aequitatem, cui iniuria lege iustitis satisfaciendum est: quod fit per restituitionem, tanquam iustitiae actum, ad id de se institutum.

Tertia proposicio, quae preced. item declarat, est. Promissio acceptata cum adiunctione oneris, non inducere proxime obligationem praeditam, quando onus ipsum adiectum, nondum fuerit mandatum executioni; aut si mandatum sit quidem, non tam propter conuentiōnem factam: vt, non teneor dare tibi centum quae promisi, dummodo Romanum, si nondum eo iuristi: aut iuristi quidem, sed ob altam causam quam ob conuentiōnem inter nos factam. Ratio vero est, quia vel conuentiōnem animus non fuit, sic obligare se; vt quantumcumque nihil ab uno adhuc est praeditum, alter nihilominus teneretur implete quod est suarum partium: vt certe, quia iniuria infertur ei qui est in pari causa: vt accidit in dicto casu, in quo, quia unus nihil amplius quam alter praestat ad impletionem conuentiōnis, neuter potest contra alterum de iustitia violata conqueri, si non stet eidem conuentiōni: sed solum de violata fide data.

Quarta proposicio, quae adhuc antecedens 2. declaratur, est potest, vt quantumuis promissio fuerit cum adiunctione oneris turpis, et nihilominus, si hoc sit executioni mandatum, impleri debeat, quando potest absque peccato. Ratio est, quod in tali causa contingere possit laesio aequitatis, cum una pars satisficerit conuentiōni, non altera, quae posset sine peccato satisfacere; vt, solvere stipendium militibus promissum, quibus visus est quis in bello iniusto: non quidem solvendo ob peccatum in iustitiae quod commiserunt: sed ob labore quem suscepérunt gratia ipsius, & obsequium quod ei exhibuerint in spectaculo, exclusis circumstantiis vitiis. Quia ratione, solvere promissum, quod cum adiunctione oneris turpis factum fuit, non est peccatum: quia id non sit intuitu turpitudinis quae iam desit; sed solum intuitu aequitatis. Nisi quod interdum ipsa solutio de se, seu ex obiecto suo est turpis, vt solutio pretij promissi pro resignatione beneficij; quod pretium cum sit simoniaicum, dari non potest sine simonia peccato.

Quod autem pacta turpia non obligare, habetur ex Cap. Vnusquisque 22. quæst. 4. & ex Cap. Pactioris, De pactis: quod ex regula 59. iuris in 6. item habetur, in malis promissis fidem non expedire seruari & demum ex lego Generaliter, & De verborum obligationibus, turpes stipulationes nullius momenti esse: intelligendū est de pactis turpibus, prout inducent ad perpetrandam turpitudinem: quia cum sint humana, neque sunt vim habere aduersus diuinum ius, prohibens ipsam turpitudinem: sed si ita exuantur turpitudine ipsa, vt illorum impletioni nulla lex obstet; vim habere negari non debet.

A t. q. v. e. hæc haec tenus de promissione: de quibus obiter monendum est, quatenus requiruntur ad illius validitatem & obligationem, requiri pariter ad validitatem & obligationem, tum pacti, tum donationis à quibus includitur; parumque differt: cum pactum idem sit quod promissio acceptata, vt annotat Lud. Molina de iust. & iure, lib. 2. dist. 2. 252. §. Pactum seu pactio: id confirmans ex definitione pacti: Qua dicitur duorum vel plurius in idem placitum & consensus, lege 1. ff. De pactis: aut duorum consensus & conuentio, lege 3. ff. De pollicitationib. Quam vitramque definitionem manifestum est quadrafe in promissione acceptata, cum hæc sit promissoris & promissarij consensus in idem. Donatione vero incompleta & ratum verbalis, eadem est adhuc cum ipsa promissione acceptata. Vnde perinde atq. hæc obligatoria non est, nisi ex liberalitate: neque transfert dominium

dominum, donec completeur traditione; sicque transcat in contractum: prout idem Molina tradit in sequenti disput. 273;

## CAP V T VII.

## De effectibus civilis contractus validi, ac primo de obligatione.

## S V M M A E R I V M.

- 100 Generalis definitio obligationis; ac prima illius divisio in eam que est ex honestate, & eam que ex necessitate: & huius in eam que ex iustitia, & eam que ex charitate; vel alia virtute.  
 101 Divisio obligationis ex iustitia in naturali, ciuilis, & mixtam.  
 102 Expressio dicitur: at omnis an in contractu cesseret obligatio naturalis, & prius irritatur iure ciuilis.  
 103 Princeps sua legi facere potest illicitam in conscientia transactionem dominij.  
 104 Lex bona qua affat personas ad contrahendum inhabiles, obligat in conscientia.  
 105 Quae vero prescribit tantum solemnitatem seruandum in coniunctu, non ita obligat, vt quod accipitum fuerit per eum, restituiri debeat ante iudicium sententiam.  
 106 Quid debet at post iudicium coniunctionem.  
 107 Nisi procedatur mala fide: quod quando contingat.  
 108 Quid sit actio.  
 109 Divisio illius in realem & personali.  
 110 Alio in eam que est bona fidei, & eam que stricitur iuri.  
 111 Cui a iure detur actiones, & cuius sonus.  
 112 Diferentia inter utramque eam actionem, in ordine ad proximam.  
 113 Quid sit evictio, & quando comincat.  
 114 Quae regule de evictione, prout debetur ex contractu lucrativo, seu donatione.  
 115 De evictione, prout debetur ex contractu ventitioni.  
 116 De evictione, que debetur ex aliis contractibus omnibus.

100.

**E**F F E C T U S EX CONTRACTU CIIVILI PROVENIENTES TANquam ex causa, sunt maxime, obligatio, actio & evictio. Obligatio autem sumpta via uerle, est vinculum quo adstringimus ad aliquid dandum vel faciendum, vel non dandum aut non faciendum. Diuiditurque in eam quae fundatur in honestate, & eam quae in necessitate; quarum prior non est ad culpam, quia inducit tantummodo mortale debitum cuiusdam honestae observationis laudabilis quidem, non tamen necessaria ex vi alieni precepti; sed ex vi honestatis, quia quisque gratius esse debet suo benefactori, & omnibus, prout expedient, benefacere. Posterior vero obligatio est ad culpam; quia oritur ex aliqua lege seu precepto, sive iustitia, sive charitatis, sive alterius virtutis, vt religiosi, fedelitatis, &c. Ceterum ea quae est effectus contractus (& hic occurrit a nobis consideranda) de illis est, quae ex lege iustitiae oriuntur, & requirunt animum seu intentionem se obligandi, iuxta legem Obligationum, ff. De obligacionibus & actionibus.

Quod autem contractus non sit adaequata illius causa, patet ex eo, quod iuxta legem primam, eodem studio, ipsa adhuc nasci possit ex quasi contractu: vt contingit in casibus qui traduntur Institutis, tit. De obligationibus quae quasi ex contractu nascentur. Quorum primus est, cum quis negotia alterius fecisset sine ipius mandato; de quo titulus, ff. De negotiis gentilium. Secundus est, cum quis ex tutela pupillorum, aut curatela minorum obligatur. Tertius, cum aliqui habent rem communem, non ex societate, sed ex eo, quod pariter sit illis legata, seu donata. Quartus, cum haeres imposita est solutio aliquorum legatorum. Quintus, cum per errorem, solutum est indebitum.

Nasci adhuc potest eadem obligatio, tum ex officio quod geritur. Eo ipso enim quod quis fulcitur aliquod officium administrandum, quasi contrahit cum eo qui ipsum in tali officio constituit. Tum etiam ex delicto seu maleficio contra iustitiam aduerso; vt ex adulterio, homicidio, aliae in iuria contra iustitiam alteri illata. Tum demum ex quasi de-

lictio; quando quis contra iustitiam laeditur: non quidem ex malitia & dolo, ex imprudentia tamen vel in perfidia. Scilicet index per imperitiam male iudicando, obligationem incurrit resciendi detrimentum inde secutum. Similiter obligatur is ex cuius domo aliquid effusum fuerit, vel effectum quod transirentibus intulerit damnum; aut si ipsius animalia, aut serui nocuerint alicui contra iustitiam.

P O R T A C A D E M I C A  
Obligatio ex iustitia triplex distinguitur, vt quedam sit naturalis tantum, quedam ciuilis tantum, & quedam mixta. Naturalis tantum est, quae ex iure naturali aut gentium natum in conscientia ciuilis: seu quae obligat in foro conscientia, non obstante quod ius ciuilis non concedat ex ea agere. Fit enim aliquando, vt legislator ob aliquam circumstantiam non approbet conventionem, ex qua obligatio ipsa naturalis nascitur: vt si credam pupillo pecuniam; vel aliquid ei vendam sine tutoris auctoritate: aut si frater fratri pecuniam credat: quorum vterque adhuc sit sub patris potestate; aut si pater contrairet cum filio: aut si filius aliquid surripiat patris, vel vxor marito. Ex quibus siue contractibus, sive delictis ius ciuilis non dat actionem in foro externo; quia pupillus & tutor, reliqua item personae memorare, habentur pro una, in ordine ad patremq[ue]n, quod habent indiuersum.

Obligatio vero tantum ciuilis, est quae vim habet ex iure humano, nihilque de ea ius naturae statuit. Exemplum est, si Titio dem syngrapham, per quam sp[ecie] remuneracionis futurae, profitar me debet ei centum; obligor enim auctoritate pecunia: adeo ut iudices quantumcumque nihil acceperim, videntes meam syngrapham, sint condemnaturi me in debitorem centum. Titio cui de iure naturali, atque adeo in conscientia, nihil debeo: quandoquidem a parte rei presumto non responder veritati. Additur aliud exemplum ex lege vlt. Cod. De iure deliberandi; per quam haeres, si adierit hereditatem non consecuta inuentario, obligatur in solidum creditoribus & legatariis defuncti, etiam ultra vires hereditatis: quod non habere locum in conscientia communior sententia est. Quae tamen habet difficultatem, vt videat est apud Ludouicum Molinam de iure tract. 2. disput. 217. §. Quod attinet ad i. Et certe cum ea non debeat souere peccatum: quando per fraudem aut negligientiam notabiliter omisum fuerit inuentarium, videatur ab eadem discedendum esse.

Obligatio denique mixta ex naturali & ciuilis, est quae ritus ex iure ciuilis fundato in vera aliqua ratione & ex quiete naturali: vt obligatio consurgens ex emptione, vel mutuo, vel aliis similibus actibus ratione consentaneis, & a iure positivo approbat. In qua obligatio aduerte contingere posse, vt ciuilis obligatio tollatur manente naturali; & contra manente ciuilis, tollatur naturalis. Nam si debitor per sententiam iudicis absoluatur, quia creditor non probavit mutuum, tollitur obligatio ciuilis manente naturali. Si vero creditor pacificatur cum debitore se nunquam repetitur ab eo debitum; nec tale pactum potest in iudicio probari, debitor liberatus est quidem ab obligatione naturali, non tamen a ciuilis.

Ceterum ciuilis obligatio interdum assistit naturali: vt cum ei admixta, parit actionem in foro externo; interdum vero ei resistit, vt contingit cum contractu iure naturali validus, irritatur iure ciuilis: ex qua irritatione cesseat in contractu, naturalis ipsa obligatio, explicandum est consequenter.

Explicatio dubitationis. An in contractu cesseret obligatio iuri naturali, quando uirat iure ciuilis.

## SECTIO L

F O spectat haec explicatio, vt intelligatur utrum in foro externo, ita in interno, & quoad Deum, nulla sit translatione dominij facta per contractum, validum quidem, si spectes ius naturae; non tamen si spectes ius humanum ob defectum conditionum quas ipsum requirit ad contractus validitatem. In exemplu datur translatione dominij quae sit per testamentum, cui interfuerunt tantum duo vel tres testes,

qui